



**Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti
Ethicorum**

Melanchthon, Philipp

Witebergae, 1583

VD16 ZV 20638

Alia Qvæstio. An, cùm Vlysses promisisset Doloni speculatori vitam,
Diomedes socius eum iustè interfecerit.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56560](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-56560)

*Uero siibi titulum Ecclesiæ arrogat, Cum certissimum
sit, hostes veritatis non esse Ecclesiam Dei,
recta hæc dicta: Ques meæ vocem meam aus-
cant.*

Item de hostibus: Vos non estis ex omnibus

*Item: Vos ex patre Diabolo estis. Interea
tamen Deus alias reliquias veræ Ecclesiæ
semper seruat, iuxta hæc dicta: Nisi Dominus
elognisset nobis semen, sicut Sodoma & Gomor-
ra effemus.*

*Item: Ecce ego sum uobiscum usq; ad con-
summationem seculi.*

*Et in Symbolo profitemur conseruari ve-
rum Ecclesiam: Credo Ecclesiam sanctam catho-
licam.*

ALIA QUÆSTIO.

*An, cum Ulysses promisisset Dolon-
i speculatori vitam, Diome-
des socius eum iuste
interfecerit.*

*Tempus me de hac quæstione admonet, quia
benid est, decimo Nouembris, fuit annus cen-
sus septimus, post tristissimam cladem Varo-
ensem, in qua rex nobilissimus excellens vir-*

V 5 tute

tute Vladislaus, imperfectus est ab Amuratho,
cum post promissam pacem iuramento, persuasus
fuerit a Romani Pontificis legato Iuliano
rursus mouere bellum, quia illa pax facta esset
sine consensu sociorum. Repetam autem breui-
ter historiam.

Iohannes Huniades, Matthiae pater, tres
Turcicos Duces vicit multis praelijs. Mezeth &
Ziabim interfecit, postremum Carambum capi-
tum a gregario milite quadraginta aureis, quem
postea vendidit quadraginta millibus aureorum.
Cum igitur Turcicæ vires multis cladi bus lax-
gue factæ essent, & Carmano in Asia prouincia
Turcas popularentur, Amurathes pacem peti-
uit. Nec Vngari defessi assiduis bellis a paci-
abhorreabant. Itaque utrinque pax iuramenti
promissa est.

Non multo post, cum iam constaret Amu-
rathen in Asiam contra Carmanos traieciisse,
& existimarent omnes magnam esse occasionem
Turcas ex Europa ejiciendi, hortantur legati
Pontificij & Græci regem Vladislaum, ut rur-
sus bellum moueat, quod cum propter pacta vi-
deretur iniustum esse Regi, legatus Pontificis
affirmauit illa pacta irrita esse, quia nec in
Romani Pontificis autoritate, nec sociorum con-
sensu licuerit promittere pacem, & suadet rur-
sus moueri bellum.

Huic infelici consilio rex Vladislaus obtenu-
perat, & initia lata erant, sed celeriter ex Asia
rediit Amurathes. Iam vero accesserat Vladis-
laus usque ad littus in oppidum Varnam, quod
veteribus fuit aut Dionysopolis, aut Anchialos,
stiam in littore supra Constantinopolin non longa
intervallo. Ibi Rex Vladislaus imperfectus est,
& trucidata utrinque ingens multitudo. Hunia-
descum parte copiarum effugit, sed in fuga a
Dracola Vualacho captus est, & postea dimissus,
quem Dracolam Huniades postea captum inter-
ficius sit.

Quæsum est igitur & post cladem, an ius
sum fuerit, pacta iuramento sancita non ser-
nare.

Disputatum est autem de potestate Romæ
Pontificis, & de iure sociorum. Agitata sunt
tum duo argumenta.

Iuramentum inferiorum non est ratum
sine comprobatione superiorum in
causa publica, ut docent historiæ
foederis Luctatij. Item, Numantia
ni foederis &c.

Reges sunt inferiores Pontifice.

Igitur non valebat illud pactum, Pontif-
fice non approbante.

Sed minor simpliciter neganda est. Quia mi-
nistris Enangeli non est mandata Politica por-
testas,

potestas, sed hanc cum sibi sumunt Episcopi, & erumpunt extra metas suae vocationis, & pec-
cant, alterum pedem, ut dicitur, habentes in e-
ria, alterum in templo. Ac semper in consilio
sit dulcissima vox Filij Dei: Sicut misit me Pa-
ter cœlestis, sic ego mitto vos. Id est, sicut misit
me Pater cœlestis, ut sonarem vocem Euange-
lij in genere humano, & fuit efficax per meam
vocem, sic ego mitto vos, ut sonetis Euangeli-
um, & ego ipse ero efficax per vestram vocem,
Conuertam corda ad Deum, & lucem, iustici-
am, & vitam æternam in credentibus accendam.

Sed de imperio Politico inquit: Regnum me-
um non est de hoc mundo. Itaq, quod ad Politica
attinet, Reges non sunt inferiores Pontifice, &
nota sunt, quæ alias sæpè dicuntur de discrimine
potestatis politicae, & ministerij Evangelici.

Fuit Leontius Episcopus in Mysia ad Istrum,
qui in synodo, cum Imperator Constantius ades-
set, & alij eum laudarent, postulantem quid vel-
let à Synodo agi. Vnus, Leontius iussus dicere
sententiam, reprehendit Imperatorem inquiens:
Miror te Imperator, cum ad alia negotia ordina-
tus sis, alia tamen aggredi. θαυμάζω σε, ὅτι
τραπάδιέπει ταχθεὶς, ἐτέροις ἐπιτρέψῃς. Hac
voce commonefactus Imperator, discessit ex
concessu. Hæc Sicidas.

Alterum